

Ihesus

dominica

in octava

pasche tit

14 Jul



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI;
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN;
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Del. 7.

T.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.



ELEGIA.

IN PRAEMATVRVM, ET
PIIS CORDATISq; OMNIBVS LVCTVO-
SVM, OBITVM ILLVSTRIS. ET FORTISS.

Principis ac Domini, Dn. IOHANNIS ERNE-

STI, Principis Anhaltini, Comitis Alca-

niae, Domini Seruestae ac Bern-

burgi, &c.

QVI CVM COPIAS PEDE-

stres è Saxonia superiori aduersus ^{à turco, dno} Christiani
nominis hostem Mahometen III. Sultanum Tur-

cicum duxisset, rebus fortiter in pralio gestis, & ex-
pugnato atq; in potestatem S. Imperij Rom. reda-

cto ALBANO &c. cum in patriam rediret, VI-

ENNAE Austria beatam immortalitatem

cum arummosa mortalitate commutauit

A. D. XII. Mens. Decembr. Iu-

lia. Anno MDCI.

Scripta à

M. IOHANNE FERTSCHIO Iudi
litterarj apud Bernburgenses Rectore.

SERVESTAE

Excudebat Iohannes Schleer.

Anno MDCII.



PLATO.

Εται θεὸς βέληται τῷ πράξου πόλεις,
 ἄρχοντας ἐμπιῖ ἀγαθὸς ἔ αἰέρας:
 ὅπου δὲ μάλλη πᾶς πόλεις πράξεν κερκῶς,
 ἄρχοντας ἔξᾶλεν ἀγαθὸς ἔ αἰέρας.

ELEGIA FVNEBRIS:

PRGÓNE IOHANNES ERNESTVS ab Ascane Princeps
 Gomeridæ cretus, Marte dolente, cadit!
 Hei mihi, quâ constat positumq; est lege per orbem,
 Vt nihil hoc hominum constat in orbe sibi
 Principis annuerat fortem victoria Martem,
 Iamq; triumphandi spes data dulcis erat.
 Sed spem Teutoniarum magnam, Imperijq; columnam,
 Et decus Ascaniæ, Mors rapit ante diem.
 Fle Pietas, Afræa dole, Pax pectora tunde,
 Plange Camæna, sacram desine Phœbe lyram.
 Occidit heu patriæ pater! Occidit Ascanis oræ
 Sidus, & Imperij spesq; decusq; sacri!
 Si genus excutiam primæua ab origine, terris
 Non gens Ascaniâ est nobilitate prior.
 Si gesta inspiciam, Ascaniæ se gloria gentis
 Celo æquat, complens Solis vtramq; domum.
 ASCANIVM prisco descendit ab Ascane stemma,
 Gomerio Iapeti quem liquet esse satum.
 Ascaniæ hinc oræ, fluuiosq;, ac vrbibus amplis,
 Atq; Tuisconibus nobile nomen inest.
 Custodemq; sacri cum vox notet Ascanis ignis,
 Cultores veri Numinis esse moñet.
 ASCANIVS q; DEO similis Phrygia agmina duxit,
 Pergama cum Graio Troia sub hoste cadit.

Auspici-

Auspicijsq; bonis, Asia regione relicta,
 ASCANIS Hercynia gens petit ora plagæ.
 Et longâ ferie Maiorum, ac fortibus ausis
 Teutonia illustres datq; deditq; Duces.
 Hinc satus VRSINV S duxit sub Cæsare Princeps
 Agmina, cui nomen dona dedere DEI.
 Editus hinc ARIBO CONSTANTIS tempore præses
 Saxoniae, in Sorabos arma Henetosq; tulit.
 Singula ne numeris, quorum me turba fatigat,
 Magnanimùm Heroum nomina celsa feram:
 Quis non ALBERTVM iactat, qui dictus ab VRSO,
 Eiecit Sorabos hoc Henetosq; solo?
 Multa per hunc floret deducta colonia: multa
 Nunc monumenta Albis, Sala, & Havelus habent.
 Quod Pietas, Astra, Charisq; his floret in oris,
 VRSINI à vero munus opusq; DEO est.
 Condidit hic vrbes, & templa, scholasq;: sacrumq;
 Christicolæ sanxit Religionis opus.
 Quin Henetos præcis remanentes forsan in oris
 Christicolâ fecit religione frui.
 Maximaq; ALBERTO genera hoc ducuntur ab VRSO,
 VRSVS ad Harcyniam, MARCHIO, SAXO, LEO.
 Hoc satus est OTHO FRIDERICI Marchio primi,
 Et pars de Septem celsa potensq; viris;
 Vnde Ducum series est per duo sæcula ducta,
 MARCHIA quos patriæ tollit ad astra patres.
 Hoc quoq; BERNHARDVS satus est Dux Saxonis oræ,
 Ensisfer Imperij, lumen, honosq; sacri.
 Nam donante tulit FRIDERICO præmia primo,
 Saxonici nomen, signa, decusq; Ducis.
 Imperijq; duos gessit Marschallius enses,
 Sertaq; de folijs Ruta parata tuis,
 Ensisferiq; decus gens Principis ASCANIS annos
 Tres, & iustra decem, sæclaq; bina tulit.

Bern-

BERNHARDO ALBERTVS patre HENRICVSq; creantur,
 Magnanimo illustres Marte togâq; Duces.
 Is LEOPVRGENSI stirpi pater extat & auctor:
 Hinc gens ASCANIAE semina longa trahit.
 Perq; graues casus, & tot discrimina sortis,
 Sola suæ hæc gentis nomen & omen habet.
 Si mihi cum centum linguis centum ora sonarent:
 Et vox ac peclus firmius ære foret:
 Nomina non elegis complecterer incluta mœstis,
 Quæ Pietas, Mauors, Paxq; Themisq; cantunt.
 Non tamen ERNESTO cum fratre filebo RODOLPHVM,
 Fulmina Bellonæ, nec decora ima togæ,
 Belgis, ac Hannis virtus spectata, fidesq;
 RVDO LPHI, summæ præmia laudis habet,
 Dux fuit hic nulli veterum virtute secundus,
 Cum Venetas fregit MAXMILIANVS opes.
 FidiOR ASCANIO non fido est sanguine sanguis,
 Sæpius hinc verâ voce Monarcha refert.
 Quis satis ERNESTVM celebret? natosq; GEORGON,
 Cumq; IOHANNEm gens te IOACHIME canat?
 Arte piâ & doctâ Illustris pietate GEORGOS,
 Exemplum studuit Præfulis esse boni.
 Dum Pietas viuet, viuent tua scripta GEORGI:
 O Princeps rectè dotibus vfe tuis.
 Religionis erat IOACHIMVS idoneus auctor,
 Peridum ac Patriæ spesq; salusq; suæ.
 IOHANNES Pietatis amor, cultorq; Themistos,
 Larga Manus, populi vita, paterq; fuit.
 Vtq; ædes struerent, constructaq; tectâ polirent,
 Ligna dedit largâ ciuibus ille manu.
 Malo, refert Heros, hominum cum gente politâ,
 Quàm cum monticolis sylvam habitare feris.
 Fortibus atq; pijs fortesq; pijsq; creantur.
 Et stirpis sequitur semina quisq; suæ.
 Quis rudibus tentet numeris comprehendere laudes,
 seu BERNHARDE tuas, CAROLE siue tuas?

Te ra.

Te referent grates **IOACHIME ERNESTE Camœna.**

Dum piâ Relligio, Musa, Themisq; vigent.

Dicere difficile est, quid Mars tuus egerit acer,

Gallica dum bello **CAROLVS** arua premit.

Galliaq; inde sibi conducere regna laborant:

Sed tibi tu patriæ commoda prima putas.

Tu, tu Diue caues, ne Charta volatica vbiq;

Dissipet hæc Sueuis agmina sacra dolis:

Dumq; **CHIMAERA** suo complet loca cuncta veneno,

Veridicosq; furens pellit vbiq; viros:

Omnis in **ASCANIAE** stat Principe gloria Musis:

Hic patet exilijs ara reperta pijs.

Abdit vt **ABDIAS** vatium pius agmen in antro,

Quos furia è medio tollere quærit atrox:

Sic pius **ASCANIAE** Princeps tegit agmina vatium,

Quos furor è patria pellit iniquus humo.

Vatis vt in Lesbos post fata **lyra** appulit Orphei,

Quam mouisse seras, flumina saxa ferunt:

Sic **Flacij** à vento **Brontisq;** repulsa, **PHILIPPI**

Doctrina **Ascaniam** complet & ornat humum.

Non, ô non factum hoc hinc vsq; ad sidera notum

Grata satis dignâ laude **Camœna** vehet.

Non opis humanæ est grates persolvere dignas:

Dij referant grates, qui pia facta vident.

Visabit in natos heroica patris in ortu:

Plurima quisq; suæ semina stirpis habet.

Ergo patrem sequitur proles, vincitq; merendo,

Et meritis **Phœbi** limen vtrumq; replet.

Templa **DEI** reliquâ purgans à forde **BAALIS**,

Ausonij mandat linquere signa **Lupi**.

A signis reuocans ad **IESVM** corda precesq;,

Edocet haud vesco quærere in orbe **DEVM**.

ASCANIAE gentis concordia sidera, Fratres

Corporibus septem, mentibus vnus erant.

Iuppiter hos, illos **Manors**, sibi **Phœbus** vtrosq;

Vendicat, & **CHRISTI** laudat in orbe **Fides**:

Hos varios hominum mores cognoscere & artes
 Per dubios casus inclutus ardor agit.
 Quid loquar eximium IOANNEM Heroa GEORGON,
 Atrææ templum, Christicolūmq; patrem,
 Quid loquar Heroem CHRISTI de nomine dictum?
 Non magis instructum Mars videt arte sua.
 Testis adest Germana manus, quam Gallia pauit,
 Romulāq; ingenti fugit, HYANA metu.
 Testis adest vrbs, à vicis cui nomina Teuton
 Indidit, illustrem Murteq; & arte stupens.
 Det DEVS his am¹⁰er, reliqua à se sumere norunt,
 Seu placidam pacem, seu fera bella gerant.
 Ac iam per varia est discrimina Olympias acta,
 Cum fera BERNHARDVS ductor in arma ruit.
 Christicolisq; viam victoria fecerat amplam:
 Sed neq; fors constans est, neq; fida manus.
 Nititur in veritum miles, flagratq; negatis:
 Hei mihi, quanta auri damna dat atra fames!
 Ire domum, gestā benè re pro partibus, ardet:
 Flebilis ardentem Mors vetat ire domum.
 Sed dum Pannoniæ medjam Ister diuidet oram,
 BERNHARDVM Ascanium Pannonis ora cançt.
 Fratri successit præstans virtute IOHANNES
 ERNESTVS, belli fama futura sacri.
 Pieriâ ille viâ sollers contendit in astra,
 Aeripedemq; fuit flectere, doctus equum.
 Impavidusq; fuit, cum res ita posceret, arma
 Sumere, & hostili sumere cœde manum.
 Prædicat hoc Mauors, vbi MENDOZA aspera victus
 Subdidit AVRAICO colla premenda iugo.
 Prædicat hoc Ister, cuius Ducis impiora dextra
 Pumiceam Getico sanguine fecit aquam.
 Prædicat ALBANVM, quod eo subeunte receptum,
 Nil opis in positu non negat esse loci.
 Nam tibi ANHALDINAE Princeps fortissime gentis,
 Impetus aduersos venit adire Getas.

Ncc

Nec mora, prælustris longè radiantibus armis,
Fortia ne lateant Principis acta, caues.
Intrepidoq; gradu contra ferrumq; , locumq; ,
Telaq; terribili grandine plura subis.
Non omnes etiam cautissimus effugis ictus:
Sed minor est CHRISTI magnus honore labor.
Ut pede pes , densusq; viro vir hæsit , & hoste
Hostem vrgente , fero rem datur ense geri :
Diuitis ingenij est Ducis ineluta dicere facta ,
Quot vita expuleris , quosq; , quibusq; modis.
Sanguineo calcas gladio factam acer aceruum ,
Innumerusq; tuo sub pede Turca iacet.
Principis exemplo manus edit strenua stragem ,
Multaq; dat miles vulnera , pauca capit.
Sed tua tam longè virtus reliquum anteit agmen ,
Pegasus antè citos , quàm celer ibat equos.
Vincitur ALBANVM regale , quod impius olim
Ceperat , ac raptas Turca tenebat opes.
Principis acta manent , operosaq; gloria rerum ;
Dum sua virtutem gloria lausq; manent.
Hei mihi , nulla viris vnquam est sincera voluptas ,
Et mala mista bonis semper hic Orbis habet :
In patriam reditum læta Dux mente parabat ,
Muresq; intrárat clara VIENNA tuos :
Occidit exemplum Ducis indelebile fortis ,
Maximus ille armis , maximus ille toga.
Ætas cuncta dolet , fletuq; per ora cadente ,
Principis crepti publica damna refert :
Hi celebres reditus , expectatiq; triumphi !
Ascanis heu reduceem sic videt ora Ducem !
Sic placet , alme DEVS , quando tibi vertere regna
Propositum est , fortes tollere ab Orbe Duces.
Illè breui partes impleuit Principis ævo :
In patriam meritis occidit ille senex.
Implendum factis est æuum , haud segnibus annis :
Efficiunt iuuenem fortia facta senem ,

Aq;

Aq; manu aligerá celestem inuectus in aulam,
Inter honoratos ille triumphat auos.
Parce DEVS, Fratresq; sine his succurrere rebus:
Plena malis tellus, vndaq; plena malis.
Sic tua laus vigeat, nomenq; colatur in Orbe:
Sic te grata DEVM linguaq; mensq; canat.

FINIS.



Nh 1235.

80

f

ULB Halle

3

002 819 279



Ab 31 nur Veranlagung A → OL
H-5 + 40 Stück
f23

VD 17 Ne






In nomine domini Amen

In nomine domini Amen

de.





XVII

ELEGIA.
**IN PRAEMATVRVM, ET
PIIS CORDATISq; OMNIBVS LVCTVO-
SVM, OBITVMILLVSTRIS. ET FORTISS.**

Principis ac Domini, Dn. IOHANNIS ERNE-
STI, Principis Anhaltini, Comitis Asca-
nia, Domini Seruestæ ac Bern-
burgi, &c.

**QVI CVM COPIAS PEDE-
stres è Saxonia superiori aduersus ^{accoridon} Christiani
nominis hostem Mahometen III. Sultanum Tur-
cicum duxisset, rebus fortiter in pralio gestis, & ex-
pugnato atq; in potestatem S. Imperij Rom. reda-
cto ALBANO &c. cum in patriam rediret, VI-
ENNAE Austria beatam immortalitatem
cum arumosa mortalitate commutauit
A. D. XII. Mens. Decembr. Lu-
lia. Anno MDCI.**

Scripta à

M. IOHANNE FERTSCHIO Iudi
litterarj apud Bernburgenles Rectore.

SERVESTAE

Excudebat Iohannes Schleer.

Anno MDCII.